

gularis Gratia et, quae incomparabilis, Clementia ferre, complecti, suffulcire velit. Huius ergo tam CLEMENTIS, tam Augusti PRINCIPIS, vtvt REGIAE MAIESTATI et maximo Splendori nostra non respondeat eloquentia, virium exilitas contra illud tam pium et gracie munus reformidet, solemnni cultu peragemus natales: et publica panegyri, eo die X. hora matutina, in auditorio maior, Academiae nomine, dicemus *de literarum ab Summo Principe repetenda felicitate*: ea, qua decet, religione illum, qui vnus natuitatis atque totius vitae arbiter est, immortalem Deum, precati, vt PATRIAEC PATRI INDVLGENTISSIMO FRIDERICO REGI, ex animi sententia succedant omnia, felicitas vt summa, ita perennis et propria, intra seros annos superesse contingat. Quod vt literarum omnium ordinum Fautores, Amici, Commilitones, Academiae Ciues et Hospites, nobiscum agere dignentur, officiose et paucis rogamus, ita quidem, ne laboriosius exigere videamur, quae pietas imperat. P. P. Rintelii IV. Nonas Maii cl^o locc xxxii.

XXIII.

DE LITERARVM VANITATE.

O curas hominum! o quantum est in rebus inane! Interdiu noctuque mortales, per omnem aetatem, incumbere literis, abiecta fere ex omnibus seculis monumenta colligere et studiorum ornamenta, conatibus maximis perpolire artes, ad summum dignitatis gradum scientias prouehere, quacunque excellere doctrina, et incomparabili eruditionis laude nominis immortalitatem sibi comparare; semet vero ipsius vitae suauissimo fructu, et rerum omnium voluptate, quam cordatiores pro summo habuerunt bono, priuare non

F 3

dubi-